



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

12. De Impedim. ætatis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

nimus infirmus morti propinquus habet potentiam actus coniugalis exercendi , licet per accidentem impeditam , quominus ob morbi vehementiam in actum deduci possit. Et morti vicinus potest iure matrimonium spirituale per professionem religionis, Ergo & carnale. Deinde praxis Ecclesiae id ostendit secundum quam morituros interdum adducimus , ut concubinas , quibus diu adhaeserunt , in uxores accipient.

NB. Propositum , actus coniugalis exercendi ad matrimonium non requiritur , ut patet in matrimonio beatissimae virginis Mariae.

7 Si potentia generandi morbi , aut seniosimiliter destructa sit , censetur impotentia perpetua matrimonium dirimens.

## C A P . XII.

### *De impedimento etatis.*

**M**Asculus ante annum expletum decimum quartum: puella ante duodecimum canonico iure inhabiles sunt ad matrimonium , nisi ob urgentissimam causam dispensatio fiat : Ratio , quod Ecclesia pro incoveniente habeat , ut matrimonium contrahatur ab ijs , qui nondum pubertatem & potentiam generandi assediti sunt , pubertas autem ea plerumque aetate quam diximus utriusque sexui contingit; Ergo ea aetate , & non ante concedere matrimonium possunt; seclusa tamen lege Ecclesiastica spectato iure naturae impuberis , si rationis usum assediti sunt , matrimonium validè

validè contrahunt, cum impotentia rerum non sit perpetua. Et pontifex in his impedimentis dispensare potest, quamvis non facilè soleat. Quod si verò certis indicijs constet, puerum aut puellam ante dictam ætatem carnalis copulæ potentiam assecutos fuisse à matrimonio repellendinon sunt, cum in eis malitia ætatem suppleat. Sicut S. Gregorius narrat, quod puer nouem annorum nutricem suam imprægnarit.

**S**i post legitimam ætatem masculus vel fæmina nondum pubertatem consecuti sunt, validè quidem matrimonium contrahere censemur, sed expectandum est tempus perfectæ ætatis in puerο annus decimus octauis, in puellis annus decimus quartus, ut experiri liceat, num verè potentes sint.

**S**i masculus, vel fæmina ante ætatem pubertatis legitimam in carnis delicto deprehendantur præsumptio esse solet, quod delictum non perficerint, si tamen certis indicijs constet quod malitia & coeundi potentia, ætatem suppleat, puniri poterit, tamen melius, quam si poena ordinaria.

### C A P. XIII.

#### *De impedimento raptus.*

**R**aptus puellæ committitur, si ea de loco in locum causa libidinis exercendæ, vel matrimonij contrahendi, per vim iniustam abducatur, quod crimen morte punitur, si fuerit honesta mulier.

Duplex est species raptus, vel vis iniusta infer-

N a n n      4      tuř